UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Novissima Polyanthea, In Libros XX. Dispertita

Dominicus

Francofurti, 1613

Testis

urn:nbn:de:hbz:466:1-97211

Visual Library

v.1. Teſtamentum nouum à Chriſto ſancitum, *Heb.*8-6. Teſtamenti veteris & noui diſcrimen, *Ierem.*31.*v.*31.*Matth.*26.28.1.*Cor.*11.25.2.*Cor.*3.7,*Hebr.*8.*v.*9.10.

¶ Sententiæ Biblicæ.

Teſtamentum debite ordinandum.

Dedit Abraham cuncta quæ poſſederat Iſaac: filiis autem concubinarum largitus eſt munera, ſeparauit eos ab Iſaac filio ſuo, dum adhuc viueret, *Geneſ.*25.

Finitis mandatis, quibus filios inſtruebat, collegit pedes ſuos ſuper lectum, & obiit. *Idem.*49.

Sic Tobias, cum putaret orationem ſuam exaudiri, vt moreretur, vocauit ad ſe filium ſuum, dicens: Audi, fili mi, verba oris mei, eaq; in corde tuo, quaſi fundamentum repone. *Tob.*4.

Filio & mulieri, fratri & amico non des poteſtatem ſuper te in vita tua: non dederis alii poſſeſſionem tuam, ne forte te pœniteat, & preceris pro illis, *Eccl.*33.

In die conſummationis dierum vitæ tuæ, & in tempore exitus tui, diſtribue hæreditatem tuam, *ibid.*

Rite obſeruandum.

Fratres, ſecundum hominem dico, tamen hominis confirmatum teſtamentum nemo ſpernit, aut ſuperordinat, *Galat.*3.

Vbi teſtamentum eſt, mors neceſſe eſt intercedat teſtatoris, Teſtamentum enim in mortuis confirmatum eſt, alioqui non valet, dum viuit, qui teſtatus eſt, *Hebr.*9.

¶ Sententiæ Philoſophicæ

Teſtamentum quicunq; fecerit in quo bona ſua legat, ſi filiorum pater eſt, primum ex filiis quemcunq; voluerit hæredem inſtituat: quem vero ex aliis filiis adoptandum dederit itidem conſcribat. Si vero ſuperſit aliquis filius non ad aliquam ſortem adoptatus, quem ſecundum legem in coloniam emittendum eſſe ſperat, huic ex aliis opibus dare liceat, quæcunq; pater voluerit, paterna ſorte excepta, & inſtrumento omni ad ſortem pertinente, & ſi plures fuerint, ex parte diſtribuat pater quomodo voluerit, ea quæ ſuperſunt vltra ſortem. Cuicunq; vero de filiis domus fuerit, ei de opibus non tribuat, & ſimiliter filiæ cui deſponſus velut maritus futurus fuerit, non tribuat: cui vero non fuerit quis deſponſus ei tribuet Si vero alicui filio aut filiæ ſors obuenerit intra regionem vernaculam poſt factum teſtamentum, hæredi eius, qui teſtamentum condidit, relinquatur. *Plat. de legib. dial* 11.

Teſtamentum qui condidit, maſculos non reliquit filios, ſed filias fœminas, maritum cuiuſcunq; filię voluerit relinquat hæredem conſcriptum, & ſi filius alicui moriatur, puer adhuc, priuſquam in virum euaſit, ſiue naturalis ſit, ſiue adoptatus, etiam de tali fortuna ſcribat, qui teſtamentum condit, quem eius loco meliore fortuna ſuccedere velit. *idem ibid.*

Teſtamentum qui condit omnino exiſtens ſine liberis, decimam partem vltra ſortem, acquiſitam eximat, & cuicunq; voluerit donet, reliqua vero omnia adoptato tradat, & ſine reprehenſione adoptatum filium placitum faciat. *idem ibid.*

Teſtamento non liceat cuiq; quæcunq; voluerit relinquere, cum opes non ſint propriæ ſuæ, ſed vniuerſi generis, & ſuperioris, & in poſterum futuri, & adhuc magis ciuitatis, & totum genus, & opes, atq; his ita ſe habentibus ſi quis vos in morbis ac ſenectute fluctuantes blanditiis adortus ſuaſerit vobis vt præter eius quod optimum eſt, rationem teſtamentum condatis, legislator non permittet, ſed quod omni optimum eſt, *idem ibid.*

Teſtamentum qui condit, & eius liberi tutoribus opus habent, ſi tutores ſcribit quos & quot voluerit, electio rata habeatur: at ſi non condiderit teſtamentum, aut tutorem electionem non abſoluerit, proximi genere à patre, & matre, tutores rati ſint duo à patre, duo à matre, vnus ex mortui amicis, quos conſtituant legum cuſtodes, *idem ibid.*

Teſtamento non facto, qui mortuus fuerit, & filios tutela egentes reliquerit, eorum egeſtas earundem harum legum particeps fiat. Si filias quis inexpectata fortuna vius reliquerit, veniam ferenti legem dabit, ſi de tribus ad ipſum pertinentibus ad duo tantum reſpiciens, filiam ipſius in matrimonium locabit, & ad generis propinquitatem, & ſortis conſeruationem. Tertium quod pater conſiderare potuiſſet vt ex omnibus ciuibus habitus & mores intuitus idoneum ſibi filium, & filiæ ſponſum elegiſſet hoc relinquet, cum hæc conſideratio ex his ſit, quæ fieri non poſſunt, *idem, ibid.*

Teſtamento non condito, ſi quis moritur, non relictis filiis, nec maſculis, nec fœminis, reliqua fiant vt in lege de iis, qui filias reliquerint, verum fœminæ & mares, velut contubernales, ex genere ſubinde eant in deſertam domum, quorum ſors proprie fiat, prima ſoror, ſecunda patris filia, tertia ſororis filia, quarta patris ſoror, quinta patris fratris filia, ſexta patris ſororis filia: hæ vero cum illis cohabitent iuxta fas & propinquitatem, velut antea ſanciuimus, *idem.*

Teſtamentorum de legibus ſi quis, & de quacunq; re alia, & de nuptiis conqueratur, ſi præſens eſſet & viueret legislator, nunquam ita facere cogeret, nec nubere, nec vxores ducere, eos, qui nunc vtraque facere coguntur, ſi aliquis ex cognatis & tutoribus, qui aſſerat & dicat, legislatorem, arbitros, patres quindecim ex legum cuſtodibus reliquiſſe pupillis vtriuſq; ſexus: ad hos defugiant, & ab his iudicentur, qui de huiuſmodi aliqua re dubitant, & horum [...] habeant, ſi vero cui maior vis inferri videatur à legum [...] ad ſelectorum iudicium ipſos perducat, & de controuerſia [...] ferat: victo autem vituperium, & opprobrium à legisla[...]tur, quæ pœna multo grauior eſt apud eum, qui mente [...] quam vlla pecuniaria mulcta. *Idem ibid*

Teſtamento non condito, ſi quis filias reliquerit [...] ter ex eodem patre, aut qui ſine ſorte eſt, ex eadem [...] liam & ſortem defuncti: ſi vero frater non extiterit [...] eodem modo, ſi in ætate inter ſe idonea fuerint: ſi vero [...] ſed ſororis filius extiterit, eodem modo, quartus patris [...] ſororis patris filius: eodem modo ſemper genus procedens [...] pinquitatem, ſi quis filias reliquerit per fratres, & [...] tribus, ac ſororibus procedens, primum maſculos, [...] nas, in vno genere *idem, ibid.*

¶ Similitvdines.

Gregorii, In arcu dum chorda trahitur, cornu cur[...] loquio Dei, dum Teſtamentum nouum legitur, [...] ſtamenti emollitur. *Lib.*19 *Moral.c.*28.

Thriueri, Tantum differt vetus teſtamentum à [...] ſuccus in aliud vas transfuſus à ſeipſo. Etenim vetus [...] nouum ambo proficiſcuntur à Deo: ſed vetus per [...] racula eſt traductum, illud vero continetur ab ipſo De[...] *in apoph.*25.

Ariſtotelis, Quiſquis graui morbo correptus [...] conſcribit, ſimilis eſt iis, qui marinis fluctibus [...] tum primum incipiunt nautica inſtrumenta deb[...]

¶ Profana Exempla.

Aleator quidam moriēs (quaſi parum fuiſſe in [...] ſtamento religioſe cauit: vt detracta cadaueri ſuo [...] nibus exemtis, ex his teſſeræ fierent: ex illa vero, [...] mnibus menſa, alueolus fritillaq;, quanta fieri poſſ[...] tegerentur. *Paſchaſius Iuſtus lib.*1. *de Alex.*

Pius II, eorum Cardinalium teſtamenta, qui Romæ [...] libera eſſe voluit: qui inteſtati obiiſſent, eorum bona [...] ferri in ærarium eſt paſſus, nec propinqui compu[...] *pan. in eius vita.*

Ius teſtamenti à Carolo Magno Saxonibus ad[...] uico Pio Imp. reſtitutum. *Æmilius lib.*3.

Connus Calaonis & Cerri comes nobiliſſimus, [...] annum Salutis 1105. cum liberis careret, reliquit [...] prior poſt obitum ſuum eas ingrederetur. Eſten[...] mi ingreſſi, ex legato & Cerri & Calonis facti ſunt [...] *Scard. li.*3 *hiſt Pat.*

Germanis de bonis teſtari non licebat: ſed ſi liberi [...] teſtati patris hæreditatem admittebantur: ſi minus [...] propinqui. *Alex. li.*6.*c.*10.

Teſtis, Teſtimoniu[m]

¶ DEFINITIO ET ETYMOLO[GIA]

TEſtis, Græc. *μάρτυς, υρος, ὁ, ἡ,* & *μαρτυρία, ας,* [...] citur. Heb. *Hedh.* a verbo *Hehidh,* teſtimonium [...] ficatus eſt, affirmauit. Teſtes antiquitus ſuperſt[...] co, quia ſupra cauſarum ſtatum proferebant. Nunc [...] abiata, teſtes vocantur, *de verb ſign. c. form* § *Teſtes.*

Teſtis dicitur, quaſi anteſtis, hoc eſt, ante ſtans [...] ſunt, quaſi tenens ſtatum. In teſtibus ſex ſunt attend[...]

Ætas, Conditio, Sexus Diſcretio, Fama,
Et Fortuna, Fides in teſtibus iſta requirat.

A teſtis venit Teſtatio, & Teſtimonium, quæ pr[...] ium ſunt.

¶ Loci Biblici.

Teſtimonium verum commendatur. *Prouer.*14.[...] betur, *Exod.*20.16 & 23.1. *Deut.*5.20. *Prouer.*6.19 & 1[...] 28. *Luc.*18.20.

Teſtis. In iudicio teſtis ſingulus non ſufficit, teſt[...] mo occidendus eſt. *Num.*35.30. *Deu.*17.6 & 16.15. *Ma*[...] falſus quomodo puniendus, *Deut.*19.*v.*16.12. *Prou*[...] ſtes falſi quibus ſimiles, *Prou.*25.18.

¶ Patrvm Sententiæ

Tres teſtes vnum ſunt, ſicut Ioannes dixit: Aqua, S[...] ritus. Vnum in myſterio, non in natura. Aqua igitur [...] pulturæ, Sanguis vero teſtis eſt mortis, ſpiritus teſtis [...] ergo in aqua gratia, non ex natura aquæ, ſed ex p[...] eſt. *Ambr. de Spiritu ſancto, lib.*1.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

...tribus teſtibus ſtat omne verbum, ſed illis teſtibus ...heſternum, aut nudiuſtertius non fuerunt inimici, ne ...cupiant: ne læſi vlciſci velint. Inoffenſus igitur affectus ...atur: ita tamen, vt accuſator proprius in medium pro- ...66.

...falſis coniunctis, tarde mendacii falſitas reperitur, quod ...fuerint, examine iudicis cito manifeſtantur: nam ſicut in ...norum grandis eſt fortitudo, ita in ſeparatione maior in- ...Id. de ſum. bon. lib. 3.

...fidicus tribus eſt perſonis obnoxius, primo Deo, quem ...contemnit: conſequenter iudici, quem mentiendo fallit: ...innocenti, quem falſo teſtimonio lædit. *Idem.*

...puero teſte certius, vtiq; quingenti. Nam & ad eos per- ...ligat, & ad eos, quibus fingere non valet. *ibid.*

...ca, quæ videt in proximi ſui delicto, vel non indicat, vel ...onium vocatus, non quæ vera ſunt, dixerit, peccatum, quod ...ille, qui celat, ipſe ſuſcipiet, & pœna commiſſi reuertitur ...*Orig. & ſuper Leuit.*

...pro malis bonum teſtimonium dicimus, & de bonis mala ...ſcientes, & neceſſe eſt, vt verecundiam incurrat, qui igno- ...aſſeuerat. Sæpe enim probatur incerta ſuſpicio, quæ vi- ...uenit Chriſtiano. *Caſſ. in Pſ. 118.*

¶ Patrvm Sententiae.

Μαρτυρίην ψευδῆ φεύγειν, τὰ δίκαια ἀγορεύειν.
Teſtimonium falſum fuge, ſed vera loquere.

Heliodus.

Καὶ τε καὶ γνητῷ γελάσας ἐπὶ μάρτυρα θέσθαι.
Et fratri ridens, teſtem adhibe.

Iuuen. 8.

Ambigua ſi quando citabere teſtis,
Incertaque rei, Phalaris licet imperet, vt ſis
Falſus, & admoto dictet periuria tauro:
Summum crede nefas animam præferre pudori,
Et propter vitam viuendi perdere cauſas.

Ouid. 1. Amor. 10.

Non bene conducti veniunt periuria teſtes.

Plaut. Truc.

Pluris eſt oculatus teſtis vnus quam auriti
Decem. Qui audiunt, audita dicunt: qui vident, plane ſci-
unt.

Iuuen. 13.

Tam facile, & pronum eſt ſuperos contemnere teſtes
Si mortalis idem nemo ſciat adſpice, quanta
Voce neget, quæ ſit ficti conſtantia vultus.
Per Solis radios, Tarpeiaque fulmina iurat.

¶ Philosophicæ Sententiæ.

...endo teſtimonio, quantacunq; alicui ſit authoritas, propter ...tionem affinitas minor putanda eſt. *Tull.*

...putaueris eſſe locum ſine teſte. *Senec. in prouerb.*

...monium falſum ſi quis bis dixiſſe compertus fuerit, cum ...amplius teſtimonium dare cogat, ſi ter, non amplius teſti- ...dare liceat: & ſi qui ter deprehenſus fuerit falſum teſti- ...dediſſe, auſus fuerit dare teſtimonium, quicunque ad ma- ...deferat, ſi condemnatus fuerit morte plectatur. *Idem*

...monium qui ferre non vult, in iudicium trahatur, ſi fert ...onium, ferat: ſi non voluerit, & neſcire dicat; tres Deos, Io- ...Apollinem, & Themidem iuret reuera ſe neſcire, & ſic de iu- ...diſcedat: at qui non comparet, reus ſit damni ſecundum le- ...qui ipſum vocauit, ſi vero quis aliquem iudicem excitet te- ...dato teſtimonio, de hac cauſa iudicium non ferat, *Idem*

...es multos & claros in iudicio qui producunt, ſe conuincere ...rarium putant, *Plat. in Gorg.*

...ibus condemnatis maior pars dimidiis ſi vicit: irritum ſit iu- ...*Idem de leg. dial.* 11.

...monia manifeſta in obſcuris adducenda ſunt, *Ariſtot.* 2. ...2.

...monijs certis in rebus incertis vtendum eſt. *Idem magn.* ...*l. c. 6.*

...ſunt duplices alii antiqui, vt poetæ, alii noui, & horum alii ...participes, alii expertes. *in 1 Rhet.*

...monia alia de ſeipſo, alia de aduerſario, alia de facto, alia de ...bus. *ibid.*

...monium eſt rei cognitæ voluntaria confeſſio. *Ariſt. Rhet.* *Alex. c. 15.*

...is aut probabilis, aut improbabilis, aut ambiguus eſt, ſi ſu- ...demonſtrandum eſt non gratia, non cruciatu, non lucro ali- ...mendacii quicquam teſtificaturum. *Idem ibid.*

...qui contradicit improbum eum eſſe dicat, & videndum, an ...amicus. aut negotii particeps, aut ſi contra quem teſtificatur ...cus, aut pauper. *Idem ibid.*

Teſtis & iudex differunt, quia teſtis teſtatur veritate concluſionis, & iudex teſtatur veritate ſyllogiſmi eum concludentis. *Auerr. in 2. Rhet. c. 18.*

¶ Apophthegmata.

Socrates, eos, qui multitudini imperitæ fidem habent, aiebat perinde facere, ac ſi quis tetradrachmum vnum contemnens reiiceret, & aceruum è ſimilibus congeſtum probaret, reciperetque, Cui non fideres ſoli, ei nihilo magis fidendum eſt in turba ſimilium. Nec enim refert, quam multi ſint, ſed quam graues. Nummus adulterinus etiam in quamuis magno aceruo adulterinus eſt. Hoc aduerſus turbam teſtium, & indocti vulgi iudicia. *Eraſ. ex Laert. lib. 2. c. 5.*

Craſſus. Quum Silus teſtis læſiſſet Piſonem reum, cui Craſſus aderat, prolato crimine, quod in ſe eum dictum audiſſe dicebat: Poteſt fieri Sile, inquit Craſſus, vt is, vnde te audiſſe dicis iratus dixerit? Annuit Silus: Poteſt etiam, inquit, fieri, vt tu non recte intellexeris. Cum id quoque toto capite annuiſſet Silus, vt ſe Craſſo daret, ſubiecit Craſſus: Poteſt etiam fieri, vt omnino, quod te audiſſe dicis, nunquam audieris. Hoc adeo præter expectationem, vt Silum teſtem omnium riſus obrueret. *Eraſ. Roterod. l. 6. apoph.*

Nero. Inter Neronem & Thraſeam graues intercedebant inimicitiæ, verum cuidam multa criminoſe iactanti de Thraſea, dicentiq; cauſam ab illo perperam eſſe iudicatam, obſtitit Nero, exclamans: Vtinam me tam Thraſea diligat, quam eſt iudex rectus & æquus. Hoſtis hoſti teſtimonium perhibuit de fama periclitanti, nullum autem grauius teſtimonium, quam inimici de inimico, *Eraſ. li. 6. apoph.*

¶ Exempla Biblica.

Teſtimonii falſi *exempla*: Doeg aduerſus Dauidem, 1. *Sam.* 22. 9. *Pſal.* 3. 5. 11. Sibæ aduerſus Mephiboſeth, 2. *Sam.* 16. 3. Duorum teſtium aduerſus Naboth, 1. *Reg.* 21. 13. Ieriæ aduerſus Ieremiam, *Ierem.* 37. 12. principum Sedechiæ aduerſus Ieremiam, 38. 4. duorum presbyterorum aduerſus Suſannam, *Danielis*, 13. 54. duorum falſorum teſtium aduerſus Chriſtum, *Matthai* 26. *v.* 61. falſorum teſtium aduerſus Stephanum, *Actorum* 6. 11. 13 Paulum, 24. 9.

¶ Profanvm Exemplvm.

Marcus Tullius pro Flacco, repudians eleuanſque Græcorum teſtium fidem: veruntamen inquit, hoc dico de toto genere Græcorum: tribuo ei literas, & multarum artium diſciplinam: non adimo leporem, ingeniorum acumen, dicendi copiam: deinde ſi qua ſibi alia ſumunt, non repugno. Teſtimoniorum religionem, & fidem nunquam iſta natio coluit: totiuſq; huiuſce rei, quæ ſit vis, quæ auctoritas, quod pondus ignorant.

Theologia.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

THeologia, vox Græca eſt: nam θεὸς, οῦ, ὁ, ὁ, Deus dicitur, & λόγος, ου, ὁ, ſermo, oratio, verbum, ſtudium. Quare theologia eſt ſermo de Deo vel diuinis.

Theologia eſt dignior cæteris ſcientiis, propter nobilitatem materiæ, certitudinem, & altiorem finem. *Ex B. Thom. 1. part. qu. 1. artic. 10.*

Theologia eſt doctrina neceſſaria homini præter ſcientias naturaliter inuentas ab eo, *ſecund. eund. 1 par. q. 1. art. 1.*

Theologia eſt rerum diuinarum Sapientia. hoc ſolo genere vis eius optime exprimitur, vtpote certiſſima principiorum index, ampliſſima ſcientiarum omnium princeps, & ſapientiſſima omnium actionum rationumq; arbitra. Diuinarum rerum adiectione, & obiectum eius diuinum indicatur, & modus eius ſupernaturalis principio, actione, & effectu ſuo notatur, ac deniq; finis eius perfectiſſimus ſignificatur. Analogice diuiditur in ἀρχέτυπον & ἔκτυπον. Illa eſt ipſius Dei, qua ſeipſum & omnia diuina diuino & ineffabili modo intelligit, quæ (vt & omnes diuinæ proprietates) cum increata ſimpliciſſima, infinita ſit, non magis communicari cum creatura poteſt quam ipſa diuina eſſentia. Hæc vero ἔκτυπος, ex illa priore per gratioſam communicationem expreſſa atq; informata eſt, ad communicantis gloriam: & communicatur tripliciter. Vel per vnionem naturæ diuinæ cum creata, qualis eſt in Chriſto θεανθρώπῳ ſecundum humanitatem, quæ licet alia ſit à ſuperiori, vtpote eius creatæ infinitæ & eſſentialis ἀπαύγασμα creatum, finitum, & habituale: in ſe tamen conſiderata pleniſſima & perfectiſſima eſt, & quanta à creatura comprehendi poteſt: cum aliis vero comparata, etiam infinita quodammodo, fonſque ac ſcaturigo inexhauſta omnis Sapientiæ, quæ in alias creaturas deriuatur: vt pote quam propterea à Patre accepit, ſine menſura, vt fideles ab illo, certo demenſo, ſinguli acciperent pro capacitate ſua.

Alter